

5802 P. Menates<sup>1</sup> P. f. | aid. pl. | XXX.

*Nazzani qui vicus est in sinistra Tiberis ripa, 28 mil. pass. ab urbe Roma, agrum Sabinum versus, columna (I 653. XI 6616 solus videtur descripsisse circa a. 1800 los. Iust. di Costanzo monachus Benedictinus, homo accurotus). Columnam Bormann putat stetisse ad deverticulum viae Flaminiae. — 1) Idem nomen apud Varronem de r. r. 2, 11.*

5803 M. Aemilius M. f. M. n. | Lepidus cos.<sup>1</sup> | CCLXIII<sup>2</sup>. (*Iuxta*) XV<sup>3</sup>.

5804 M. Aemilius M. f. M. n. | Lepid. cos.<sup>1</sup> | CCXXCVI<sup>2</sup>. (*A sinistra*) III<sup>3</sup> (*a dextra*) XXI<sup>4</sup>.

*Prope Bononiam, columnae duae conorum similes, altera in vico Castel S. Pietro, altera Borgo Panigale, nunc utraque Bononiae (I 533. 536. XI 6642. 6646 vidit Bormann, hanc nuper contulit Brizio; Ritschl tab. XLVIII a b). Terlia similis columna prope Castel S. Pietro reperta est, sed mutila (I 537. XI 6644). — 1) Idem consul a. u. c. 367, quem scriptores tradunt viam Aemilianam ab Arimino per Bononiam Placentiam usque stravisse. — 2) Ariminum Roma cum numerentur m. p. fere 212, Arimino Bononiam 77, cippi signati CCLXVIII et CCLXXXVI steterint necesse est circa Bononiam. — 3) A Bononia. S. Pietro a Bononia circa 15 mil. abest, Borgo Panigale circ. 4 (Bormann). — 4) Significatur intervallum a Mutina.*

5805 M. Aemiliu. | M. f. Lepidus | cos.<sup>1</sup>

*Inter Ariano et Grottaminardom (a Benevento orientem versus), scriptum in superficie columnae (IX 6073 vidit Dressel). — 1) Potest esse is qui praecedit.*

5806 S. Postumius S. f. S. n. | Albinus cos.<sup>1</sup> | C[X]XII Genua Cr[e]mo[nam]<sup>2</sup>. | XXVII<sup>3</sup>. (*Posteriore scriptura, intrusum supra Postumii nomen*) VIII.

*Veronae, columna, nescimus quo loco reperta (I 540. V 8043 recognovit Mommsen; Ritschl tab. LVa). — 1) Consul a. u. c. 606 (Borghesi opp. 3, 87). — 2) Via haec Postumia fuit duplex, altera cispadana a Cremona Genuam, per milia passuum 122, ut ex hoc lapide apparet, cuius extrema pars Genuam versus memoratur in monumento anni u. c. 637 (infra N. 5946), altera transpadana a Cremona Aquileiam et ad mare Hadriaticum, quae memoratur a Tac. hist. 3, 21 et in titulo Aquileiensi supra N. 5366 (cf. ibid. not. 2). — 3) Intervallum ut videtur a Cremona ad eum locum ubi cippus hic antiquitus stetit.*

5807 P. Popillius C. f. | cos.<sup>1</sup> | ♀ XXXI<sup>2</sup>.

*Prope Atriam rep., columna infra acuta (I 550. V 8007 recognovit Mommsen; Ritschl tab. LIV a a). — 1) Consul a. u. c. 622. Idem etiam Capua Regium viam fecit, teste titulo supra N. 23. — 2) Milia videntur numerari ab Arimino.*

5808 T. Quinctius T. f. | Flamininus<sup>1</sup> | cos. | Pisas . . . <sup>2</sup>

*In agro Florentino, Pisas versus non longe a Montelupo (I 559. XI 6674 vidit Bormann; Ritschl tab. LVI b). — 1) Intellegendus videtur consul a. u. c. 634 (Momms.). — 2) Numerus non videtur hic fuisse, vel certe non extat (XXXII hic intruserunt ex documento quodam mediæ aevi XI 849\*, fidei suspectae).*

5809 L. Corneliu[s] L. [f.] Cina cos.<sup>1</sup> | [CX]III<sup>2</sup>.

*Tribus milibus a Venafro Neapolim versus, lapis crassus figurae conicae (I 558. X 6905. Ritschl tab. LVI a). — 1) Eius nominis cum duo fuerint consules.*